















colorchecker CLASSIC



x-rite

mm

0.5 mm
1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 mm



卷之三

三

三

三

三

三

三

三

三

三

三

三

三

三

三

三

三

三

三

三

三

三

三

三

三

三

三

三

三

三

三

三

三

三

三

三

三

三

三

三

三

三

三

三

三

三

三

三

三

三

三

三

三

三

三

三

三

三

三

三

三

三

三

三

三

三

三

三

三

三

三

三

三

三

三

三

三

三

三

三

三

三

三

三

三

三

三

三

三

三

三

三

三

三

三

三

三

三

三

三

三

三

三

三

三

三

三

三

三

三

三

三

三

三

三

三

三

三

三

三

三

三

三

三

三

三

三

三

三

三

三

三

三

三

三

三

三

三

三

三

三

三

三

三

三

三

三

三

三

三

三

三

三

三

三

三

三

三

三

三

三

三

三

三

三

三

三

三

三

三

三

三

三

三

三

三

三

三

三

三

三

三

三

三

三

三

三

三

三

三

三

三

三

三

三

三

三

三

三

三

三

三

三

三

三

三

三

三

三

三

三

三


三


三

三


三

三</p









~~478~~

n° 479

*Table des matières
contenuee dans ce volume*

- 1^o Ordo processionis quæ fit
processus lumen in Ecclesia
ad Sepulchrum post complorium
Processio celebranda post
complorium in Bethleem
ad processum Christi
- 2^o et nova recuperatio e sagarreto
Ecclesie pro Thomam aconiaria
- 3^o Exaltatio redemptoris Templo
Divi Iohannis Baptiste

N° 11950.

ORDO
PROCESSIONIS:
quæ quotidiè post Comple-
torium fit Ierosolymis;

PER ECCLESIAM
Sanctissimi, & gloriosissimi
Sepulchri: Domini Nostri
I E S U C H R I S T I.



VENETIIS, MDC XXIII.

Apud Miserinum. Superiorum Permissu.

PROCESSIONIS

PER ECCLESIAVM

IASU CHRISTI



VENTITIE MDCCXVII

Illustrissimo, ac Reuerendissimo D.D.

ALFONSO MANZANEDO

de quignones: Sacræ Rotæ Auditori celeberrimo, Ierosolymorum Patriarchæ benemerito, atq; Præfuli prudentiâ & doctrinâ præstantissimo.

FRATER THOMAS A NOVARIA

Ordinis Minorum de obseruantia Theologus:
Sacri montis Sion Guardianus, prospéra
ra quæquæ præcatur, & optat.



*Acras Dei laudes & preces,
quas nostra Seraphicæ reli-
gio ab annis circiter trecen-
tis per venerabilem Resur-
gentis Christi Ecclesiam,
denotionis gratia perpetuò post Completo-
rium recitare, ac decantare consueverat,
nunc ad meliorem formam redactas, &
iuxta sacrosanctæ Romanae Ecclesiæ ritum
muper à me restitutas, non nisi tuo Illustris-*

A 2 simo

simo nomini (Praeful amplissime) dicatas
 esse volui. Cui enim cum ex officio , tum
 ex deuotione magis conueniunt , quam tibi?
 nam Ierosolymorum tu nunc Deo pera-
 mabilis Patriarcha à summo Pontifice
 creatus es : Sanctorumq; Christi Redem-
 ptoris nostri locorum tu quoq; deuotus es
 cultor , ergo omnia qua Sancta Ierosolyma-
 tanæ Ecclesiæ censemur , tua sunt ; tibiq;
 debentur . Idq; potissimum à nobis Beati
 Francisci alumnis , quos cum Patre tan-
 to amore prosequeris , cuius precibus & me-
 ritis , non solum inter communem Ecclesiæ
 iacturam eius paupercula religio sola san-
 ctorum Christi locorum obtinuit curam :
 verum & inter incessabiles Barbarorum
 feritates , latabunda & impauida semper
 eorundem conseruationem , amplificatio-
 nemq; in praesentem usq; diem ad Dei ho-
 norem , & Ecclesiæ sua Sancta gloriam ,
 laudabiliter peregit . Accipe igitur Roma

Praeful

*Præsul præstantissime hoc primum tua Ec-
clesia munus , quod & Ierosolymis quidem
Christo Domino , laudis voce quotidie of-
fertur , & animum pariter donantis su-
scipe , qui simul Sancta Ierosolymitana Se-
dis possessum , tuis precatur diebus .*

*Vale diu fælix . Roma ex Cœnobio Sancti
Petri Montis aurei . Kalendis Junij .*

M D C X X I I .

Ad Candidum Lectorem.

CArmina diuersi scribunt diuersa Poëtae,
 Ille canit Venerem: prædicat ille Iouem.
 Mirificas alij laudant urbesq; , domosq;
 Queis pendent aureis arma cruenta tholis.
 Grandisono pulsent alij fera prælia plectro:
 Mars ubi sanguineos pellit in arma viros.
 Hi recinant grato viridantia prata colore;
 Quæ decorant multis lilia mixta rosis.
 Me iuuat ast alia cantare poëmate prata,
 Undè ferox Mauors: Mulciber exul agit.
 Sunt loca coccineo fulgentia tincta cruore:
 Quæ feruens Christi tingere fecit amor.
 Surge igitur : surasq; leui præcinge cothurno:
 Et nitidum profer Mvs a pudica caput.
 Sparge comas : genibusq; sinus depelle fluentes,
 Et Loca Sacra tuis , præcine Mvs a modis.
 Sume chelyn : cordasq; manu percurre volucri
 Cordarumq; iuuent verba diserta melos.
 Nam minùs ad tantas Loca sacratissima laudes
 Barbitos vlla: rudi pollice taeta meo.
 Nempè humilis: laßus: per vos dominusq; , Deusq;
 Et gesxit capiti spinea ferta suo.

Nec

Nec non pro laesis Medicus : pro fontibus, insons:
 Pro grege Dux , propriam sustulit ipse crucem.
 Vulnera perpetitur , praeacutæ cuspidis hasta;
 Ut nos ablueret , sanguinis vnda fluit.
 O loca Sacra modis decoranda , canendaq; miris ;
 Quæ croceo Regis murice tincta nitent.
 Felices nimium : vos sola electa fuistis
 Sancta Creatoris tangere membra Dei.

Frater Melchior Antuerpias Belga.



PRO SANCTISSIMO SACRAMENTO.

Antiphona. O sacrum conuiuium, in quo Christus sumitur; recolitur memoria passionis eius, mens impletur gratia, & futura gloria nobis pignus datur. Alleluia.

A. Panem de celo prestitisti eis.
Alleluia.

B. Omne delectamentum in se habentem. Alleluia. O remus.

Deus, qui nobis sub Sacramento mirabili passionis tuæ memoriam reliquisti: tribue quæsumus, ita nos corporis, & sanguinis tui sacra mysteria venerari, ut redemtionis tuæ fructum in nobis iugiter sentiamus. Qui viuis, & regnas in sæcula sæculorum. Amen.

Ad

Ad columnam flagellationis . Hym.



Trophæa cru cis my sti ca
Os, lingua, mens, hic personent:
Christique sic vestigia
Cor nunc sequatur flebile.

*t. Pet.
c. 11.*

Qui gratis Adæ debitum
Laxat rigore sanguinis:
Nostros dolores sustinens,
Ad hanc columnam cæditur.

Is. 53.

Vt nulla plagis faucijs
Pars, corporis sanctissimi:
Non langueat lethalibus
Sulcis, flagrorum grandibus.

*Psal.
22.*

Compago laxat artuum
Nexus, dolore nimio:
Et pectus intra liquitur;
Vt sole cera soluitur.

*Psal.
22.*

Se dat percutientibus

15.50.

Vt flagelletur acriter :

Sic Patris iram leniens ,

Dat suis vitæ aditum . Amen .

Antiphona . Apprehendit Pilatus Ie-
sum , & flagellauit : ac tradidit eis ut
crucifigeretur .

Pf. 72. **X**. Fui flagellatus tota die . **R.** Et casti-
gatio mea in matutinis . **O** remus .

R Espice quæsumus Domine su-
per Ecclesiam tuam quam præ-
tioso sanguine redemisti : vt eo semper
ditata ; præmia consequatur æterna .
Per Christum Dominum nostrum .
Amen .

Eundo ad carcerem . Hymnus .



Suscipere dignatus est ;
 Deditq; suum sanguinem,
 Nostræ salutis prætium.

Cæli : soliq; Dominus
 Prostratus antro clauditur,
 Et nexibus multinodis :
 Circumdatus occulitur.

Vt arte artem falleret,
 Lignum in ligno superat :
 Et morte mortem destruens ;
 Sic vinc̄tus vinc̄tos liberat.

Qui Patres limbo soluere ,
 In testamenti sanguine
 Ibat : & lumen reddere ,
 Hic mancipatur carceri .

Lux mundi, lumen gentium :
 In foedus datur populi ,
 Vt lacu clausos extrahat ;
 Heù priùs is detruditur .
Sampson velut fortissimus
 Arctatur diris manibus :

*Zacb.
9.*

*10.8.
Luca
11.*

*Is.42.
Iudie.
16.*

Sed

Sed se columnà destruens,
Morte triumphat inclytus.

Dum compedes hic consecrat:
Tradit normam martyribus,
Qui crucem læti capiunt;
Qua meruere gloriam.

Iesu dulcis memoria,
Ob sacri vincla corporis:
Reis culpas, supplicia
Remittas, & da præmia. Amen.

Aña. Ego te eduxi de captiuitate Aegypti demerso Pharaone in Mari Rubro:
et tu me tradidisti huic carceri obscuro.

V. Dirupisti Domine vincula mea:

R. Tibi sacrificabo hostiam laudis.

Oremus.

Absolute quæsumus Domine nostrorum vincula peccatorum: ut à corporis huius carcere expediti, gloriæ lumen videre mereamur. Per Christum Dominum nostrum.

Ad

Ad locum Diuisionis vestimentorum Christi. Hymnus.



Ecce nunc Ioseph mysticus:
E lacu dum extrahitur,
Venditus datur gentibus;
Quem suis priuant tunicis.

Gen.
37.

Erat saluator etenim
Succurrens mundo languido:
Cinctus amore properat,
Vt nos salute cingeret.

Gen.
41.

Iacob en sic pelliceis
Vestitus fratris hoedinis:
Vt benedictum raperet
Arte, quod culpa perdidit.

Gen.
27.

Hic agnus est sanctissimus
Promissus quondam patribus:
Qui venerat vt victima

Is. 16
Exod.
12.

Vc-

Vestire nudum hominem.

Hinc is se priuat tunicis,
Vt noxam primi hominis:
Per nuditatem auferat,
Et dona vitæ conferat.

Vah gens iniqua, similis
Cham; patris inguen detegens,
Musto madentis: languidum
Nudasti Christum Dominum.

*Gen.
9.*

*Matt.
21.*

*Matt.
27.*

*Matt.
17.*

Pf. 21

Odifferens obsequium!
Vestes intrat dum Solymas
Christo prosternunt proprias:
Sed exeunti lacerant.

Vestes velut nix candidæ:
In Thabor visæ splendidae,
Tinctæ rubent hei sanguine;
Diuisæ in hoc caluario.

Hic sunt partiti impij
Amictus Christi languidi:
Eiusq; sacræ tunicæ
Fecere sortes arbitras.

Pre-

Precamur ergo cernui :
 Te Creatorem sæculi ,
 Iam sic priuatus vestibus ;
 Nos indue virtutibus . Amen.

Antiphona. *Milites ergo cum cruci-*
fixissent Iesum acceperunt vestimenta
eius : Et fecerunt quatuor partes , uni-
cuiq; Militi partem , Et tunicam .
V. Diuiserunt hic sibi vestimenta mea .
P. Et super vestem meam miserunt
sortem .

Oremus.

Deu s qui per vnigenitum tuum
 labenti mundo salutis remedia
 contulisti : concede nobis , ut spoliati vi-
 tijs , virtutibusq; adornati ; ante Tribunal
 tuæ maiestatis , in veste candida præ-
 sentari mereamur . Per eundem Christum
 Dominum nostrum . Amen .

Ad

Ad locum inuentionis S. Crucis. Hym.



CRUX fide lis in ter om nes
Arbor vna nobilis :
Nulla sylua talem profert ,
Fronde, flore, germe : .
Dulce lignum, dulces clauos ,
Dulce pondus sustinet .

Flecte ramos Arbor alta ,
Tenfa laxa viscera ,
Et rigor lentescat ille ,
Quem dedit Natiuitas ;
Ut superni membra Regis
Miti tendas stipite .

Sola digna tu fuisti
Ferre sæcli prætium ,
Atque portum præparare
Nauta mundo naufrago ;

Quem

Quem sacer cruor perunxit,
Fusus agni corpore.

Vnica spes, ò crux aue
Hic inuenta ab HELENA;
Per hanc salua rege vagos
Tua Deus gratia:
Auge pijs spem, & fidem,
Et da reis veniam.

Gloria, & honor Dea
Vsquequaque altissimo,
Vna Patri, Filioque,
Inclyto Paraclyto;
Cui lausest, & potestas
Per æterna sæcula. Amen.

Antiphona. *O Crux Benedicta, que
sola fuisti digna portare Regem Ce-
lorum, & Dominum. Alleluia.*

X. *Hoc signum Crucis erit in Calo.*

B. *Cum Dominus ad iudicandum ve-
nerit.*

Oremus.

B **D**eus,

Deus, qui hic in præclara saluti-
feræ crucis inuentione, passionis
tuæ miracula fuscitasti : concede, vt vi-
talis ligni pretio ; æternæ vitæ suffra-
gia consequamur. Qui viuis & regnas
in sæcula sæculorum.

Redeundo ad capellam S. Helenæ. Hy-



For tem vi ri li pe cto re,
Laudemus omnes HELENAM :
Quæ sanctitatis gloria,
Vbiq; fulget inclyta .

Hæc Iesu amore saucia ,
Dum Christi crucem feruida
Inquirit, ad cœlestia
Iter peregit arduum .

Carnem Domans ieconijs ,
Dulcique mentem pabulo

Ora-

Orationis nutriens,

Cœli potitur gaudijs.

Rex Christe virtus fortium,

Qui magna solus efficis,

Hui us precatu quæsumus,

Audi benignus supplices.

Deo Patri sit gloria,

Eiusque soli filio,

Cum spiritu paraclito,

Et nunc & in perpetuum. Amen.

Antiphona. *Helena Constantini Ma-*
ter Ierosolymam venit, ut Crucem Do-
mini inueniret. Alleluia.

V. Ora pro nobis Beata Helena.

R. Ut digni efficiamus promissionibus
Christi. **O**remus.

PReces familiæ tuæ quæsumus Do-
mine clementer exaudi: ut sicut de-
feruido Beatæ Helenæ studio vbiq;
gaudet: quæ lœta hic desideratum san-
ctæ Crucis lignum inuenit: ita eius me-

ritis, & precibus, in cælesti gloria semper
gaudere mereatur. Per Christum Do-
minum nostrum. Amen.

**Ad columnam coronationis: & im-
properiorum. Hymnus.**



Cat. 3.

Matt.
27.

Psal.
31.

Esaie
5.

Oc tus pio rum ex e at
Dauidis prolem cernere :

Non in paratu splendido ,
Sed cunctis hei ludibrio .

Contemptio rest omnibus :
Quam lamna testæ fictilis ,
Hunc multitudo opprobijs ;
Coram laceffit asperis .

Hoc Esaias dixerat ;
Corpus percutientibus
Dum dat, genas vellentibus :
Vultumque conspuentibus .

In

- I**n tui Christi faciem *Tsal.*
 O respice nunc anima 83.
 A planta adusq; verticem ,
 Non est in eo sanitas . *Esa. I*
- V**idisti Moyses Dominum : *Exod.*
 In rubo ardenti fulgidum ;
 Sed nos videmus languidum ,
 E spinis , sputo folidum . 13.
- D**um velut Isaac typicus , *Matt.*
 Macandus modò cernitur :
 Vtaries in vepribus ;
 Sic sentibus heu cingitur . 27.
- P**recemur Christum lacrymis ,
 Pro clamyde coccinea :
 Spinis , flagris , arundine ;
 Vt nos coronet gloria . Amen . *Gen.*
 22.
- A**ntiphona . *Ego dedi tibi sceptrum*
Regale, & tu capiti meo imposuisti spi-
neam coronam .
- V.** *Plectentes coronam de spinis :*
R. *Posuerunt super caput eius .* *Matt.*
 27.

Oremus.

Deus, qui in filij tui humilitate
iacentem mundum erexisti; cō-
cede propitius; ut superbiæ corona ab-
iecta: immarcessibilem gloriæ conse-
quamur. Per eumdem Christum Do-
minum nostrum. Amen.

Quando Processio ascendit ad Mon-
tem Caluariæ: pro loco crucifixionis.
primò dicitur. Hymnus.



VEx il la Re gis pro de unt,
Fulget crucis mysterium,
Quo carne, carnis conditor
Suspensus est patibulo.
Quo vulneratus insuper
Mu crone diro lanceæ,

Vt

Vt nos lauaret criminē,
Manauit vnda & sanguine.

Impleta sunt quæ concinit
Dauid fidelī carmine,
Dicens, In nationibus
Regnauit à ligno Deus.

Arbor decora, & fulgida,
Ornata Regis purpura,
Suscepit hic quæ Domini
Corpus, flagellis liuidum.

Beata, cuius brachijs
Sæcli pependit pretium,
Statera facta corporis,
Prædamq; tulit tartari.

Quæ crux, aue spes vnica,
Hic Christi tendens brachia
Auge pijs iustitiam,
Reisq; dona veniam.

Te summa Deus Trinitas,
Collaudet omnis spiritus.
Quos per Crucis mysterium

Saluas, rege per s̄ecula. Amen.

*Ioan.
19.*

Antiphona. Suscepérunt autem Ie-
sum: & eduxerunt eum, bāculans sibi
crucem: exiuit in hunc qui dicitur Cal-
uariae locus: Hebraicē autem golgotha,
ubi crucifixerunt eum.

*Psal.
21.*

¶. Foderunt hic manus meas, & pedes
meos. **R.** Et dinumerauerunt omnia of-
fa mea. **O** remus.

Domine Iesu Christe fili Dei vi-
ui, qui hora sexta pro redem-
ptione mundi crucis patibulum in hoc
Caluario ascendisti: & sanguinem tuū
prætiosum in remissionem peccatorū
nostrorum fudisti; te humiliter de-
precamur: ut post obitum nostrum
paradisi ianuam nos gaudenter introi-
re concedas: Qui viuis & regnas in s̄æ-
cula s̄æculorum. Amen.

Ad

Ad locum vbi Crux cum Christo fuit
erecta atque collocata. Hymnus.



LV stris sex qui iam per a ctis
Tempus implens corporis,
Se velente natus ad hoc,
Passioni deditus ;
Agnus in cruce leuatur,
Immolandus stipite.

Hic acetum, fel, arundo,
Sputa, clavi, lancea ;
Mite corpus perforatur,
Sanguis, vnda profluit ;
Terra, pontus, astra, mundus,
Quo lauantur flumine.

Heu saluator mundi pendet
In crucis patibulo ;
Membra dire lacerata,

Virgo

Virgo mater aspicit
Hinc precamur, nobis pater
Des fælicem exitum. Amen.

*Lucæ
23.*

Antiphona. *Erat autem ferè hora sex-
ta: & tenebrae factæ sunt in univer-
sam terram: usque in horam Nonam:
& obscuratus est Sol: & velum Tem-
pli scissum est medium: & clamans
voce magna Iesus: ait, Pater in ma-
nus tuas commendo spiritum meum:
& hac dicens  hic expiravit.*

V. *Adoramus te Christe, & benedici-
mus tibi. R. Quia per sanctam Cru-
cem tuam hic redemisti mundum.*

O remus. **Sed Dicitur sine cantu.**

R Espice quæsumus Domine su-
per hanc familiā tuam, pro qua
Dominus noster Iesus Christus nō du-
bitauit manibus tradi nocentium &
crucis hic subire tormentum. Qui vi-
uis & regnas.

Dc-

Descendendo ad lapidem vbi Christus
fuit inunctus. Hymnus,



Pan ge lingua, glo ri o si
Prælrium certaminis
Et super crucis trophæum,
Dic triumphum nobilem :
Qualiter redemptor orbis
Immolatus vicerit.

Transit luctus in triumphum
Traxit ad se omnia :
Exaltatus ligno crucis ;
Mors tunc morfu corruit,
Cedit Princeps mundi huius
Dum hic Rex inungitur.

Vbi tua mors est palma ?
Tuus vbi stimulus ?
Mors absorpta victa iacet ;

10.12

10.12

i.Cor.

15.

Cur

Psal.

23.

Cur satan erigeris?

Tolle portas, Rex virtute

Suâ Christus aduenit.

Osee

13.

AIoſeph, & Nicodemo

Qui dum hic inungitur:

Tremunt Dæmones, descendens

Prædam tulit tartari;

Morsus tuus est inferne,

Triumphator gloriæ.

Gen.

18.

Scala quam videbat Iacob:

In qua stabat Dominus,

Crucem Christi præsignabat

Cum petra quam vnxerat;

Christus autem erat lapis:

Quem hic vngunt mortuum.

Matt.

11.

Ortus morti correspondet:

Dum vngendus colitur;

Dona Regi dantur auri,

Sacerdoti thurea:

Myrrha quoq; datur ei,

Quæ sepulchrum prænotat.

I am

Iam Prophetæ Danielis

Dan.
9.

Compleetur oraculum :

Vt probrosa morte Christi

Leuetur iniquitas ;

Et sanctorum sanctus ille,

Hic vngatur mortuus.

Nunc plangamus, hunc vngnatur

Pietatis oleo :

Cordis lachrymis vngamus

Omnes Christum feruidè ,

Cuius nomen mel, est dulcor ,

Et effusum oleum .

Cat. i.

Te precamur corde Christe :

Quos vnxisti gratiâ ,

Oleo baptismi natos ;

Salute perpetuâ ,

Vt nos tecum corregnemus

In æterna gloria. Amen.

Antiphona. *Acceperunt Ioseph, & Nicodemus corpus Iesu: & ligauerunt illud linteis; cum aromatibus, sicut mos*

Io. 19.

est

est Iudeis sepelire. ¶ *Oleum effusum
nomen tuum.* ¶ *Ideo adolescentula
dilexerunt te.* ¶ *Oremus.*

Domine Iesu Christe, qui in tuo
sacratissimo corpore tuorum
condescendens Deuotioni fidelium
ut te verum Deum, Regem, & sacerdo-
tem colerent: inungi ab eisdem perni-
sististi, concede, ut corda nostra vnitio-
ne gratiae tuae, valeant ab omni infectione
peccati præseruari: *Qui viuis & regnas
in sæcula sæculorum.* Amen.

*Pro gloriofissimo Christi Domini
Sepulchro.* Hymnus.

AV ro ra lu cis ru ti lat :
Cælum laudibus intonat,
Mundus exultans iubilat :

Ge-

Gemens infernus v'lulat.

Cum Rex ille fortissimus :

Mortis confractis viribus ,

Pede conculcans tartara :

Soluit à pæna miseros .

Ille, qui clausus lapide

Custoditur sub milite :

Triumphans pompa nobili,

Victor surgit de funere.

Solutis iam gemitibus,

Et inferni doloribus :

Quia surrexit Dqminus ,

Resplendens clamat Angelus .

Quæsumus auctor omnium:

Ad hunc sacratum Tumulum ,

Ab omni mortis impetu ,

Tuum defende populum .

Gloria tibi Domine ,

Qui surrexisti à mortuis

Cum Patre, & sancto spiritu :

In sempiterna sæcula . Amen .

*Extra
tempus
Pasc.
dr.*

Tem-

Temporeverò Paschali, & quando circumdatur Gloriosissimum Christi Sepulchrum tribus vicibus: praecedenti; adiungitur sequens. **Hymnus.**

Ad cœnam Agni prouidi,
Et stolis albiſ candidi,
Post transitum maris Rubri,
Christo canamus principi.
Cuius corpus sanctissimum,
In Ara Crucis torridum,
Cruore eius roseo:
Gustando viuimus Deo.

Protecti Paschæ vespere,
A deuastante Angelo;
Erepti de durissimo
Pharaonis imperio.

Iam Pascha nostrum Christus est,
Qui immolatus Agnus est,
Sinceritatis azyma,
Caro eius oblata est.
O verè digna hostia,

Per

Per quam fracta sunt tartara,
Redempta plebs captiuata,
Redditæ vitæ præmia.

Consurgit Christus tumulo,
Victor redit de barathro,
Tyrannum trudens vinculo,
Et Paradisum referans.

Quæsumus auctor omnium,
In hoc Paschali gaudio,

Extra tempus Paschale dicitur.

Ad hunc sacratum Tumulum :

Ab omni mortis impetu,

Tuum defende populum.

Gloria tibi Domine, &c. Amen.

Antiphona. *Dixit Angelus mulieri-
bus, nolite expauescere Iesum quæritis
Nazaranum crucifixum; Surrexit,
non est hic; Ecce locus ubi posuerunt
eum. Alleluia.* **R.** *Surrexit Dominus
de hoc sepulchro. Allel. R.* *Qui pro nobis
peperdit in ligno. Alleluia.* **O** remus.

Marc.
16.

C

Deus

Deus, qui per triumphalem vni-
geniti tui Resurrectionem mū-
do salutis remedia contulisti: atq; æter-
nitatis nobis aditum deuicta morte re-
serasti; vota nostra quæ præueniendo
aspiras: etiam adiuuando prosequere.
Per eundem Christum Dominum no-
strum. Amen.

Vbi Christus apparuit Mariæ Magda-
lenæ in hortulani habitu. Hymnus.



Christus triumphum glo ri æ:
Monstrarre cunctis voluit;
Sed prima ferunt gaudia
Qui plus ardebant coeteris.

Quod Magdalena nouerat,
Dum luce prima feruida
Hinc indè currit saucia:

Chri-

Christi amore languida.

*Ioan.
20.*

Adstante non timet crucis,

Sepulchro inhæret anxias.

Truces ne chorret milites;

Pellit timorem charitas.

Christum quem viuum fortiter,

Dilexit, quærerit mortuum:

Vnguento vncatum optimo;

Quem vnxit viuum pistico.

Lnc. 7

Hinc Dulcia colloquia,

Sui meretur Domini:

Dum hortulani habitu;

Me noli dixit tangere.

*Ioan.
20.*

Iesu dulce refugium,

Spes vna te quærentium:

Per Magdalenæ meritum;

Peccati solue debitum. Amen.

Antiphona. *Surgens autem Jesus ma-*
nè prima sabbathi, apparuit hic Ma-
riæ Magdalena, de qua eiecerat septem
Demonia.

*Marc.
16.*

Hunc

C 2

X. Ma-

Ioan.

20.

V. Maria, noli me tangere.

R. Non dum enim Ascendi ad Patrem
meum. **O** remus.

Beatæ Mariæ Magdalenæ quæsumus Domine Deus suffragijs adiuuemur: cuius precibus non solum quatriduanum fratrem resuscitasti; sed te Dominum post resurrectionem hic viuum ostendisti. Qui viuis & regnas in sæcula sæculorum. Amen.

Tandem ad capellam Virginis Mariæ: ubi fertur Christum Iesum post resurrectionem apparuisse primò Matri suæ Dicitur. **O** Gloriosa Domina, &c.

vel Hymnus.



IE sum Chri stum, crucifixum:
Ob peccatorum crimina;

Hunc

Hunc vidisti, & fleuisti;

O gloria Domina.

Victa nece, fracta lethe;

Splendor Paternæ gloriae

Gaude viuens, venit splendens;

Iam lucis orto fidere.

Morti datum, fuscitatum

Solutis cernis luctibus:

Vnde pontus, astra, mundus,

Exultet coelum laudibus.

Hinc immensas, psallat odas,

Omnis sacrata Triadi :

Quae nos ducat, & inducat

Ad coenam agni prouidi. Amen.

Post hac dicuntur

LITANIAE BEATAE

Virginis Mariæ.

- | | | |
|----------------------------|---------------------|----------------|
| Kyrie eleison. | Christe eleison. | Kyrie eleison. |
| Christe audinos. | Christe exaudi nos. | |
| Pater de cœlis Deus, | Miserere nobis. | |
| Fili redemptor mundi Deus, | Miserere nobis. | |
| Spiritus sancte Deus, | Misérere nobis. | |
| Sancta Trinitas unus Deus, | Miserere nobis. | |
| Sancta Maria. | Ora pro nobis. | |
| Sancta Dei genitrix, | ora. | |
| Sancta Virgo Virginum, | ora. | |
| Mater Christi, | ora. | |
| Mater Diuinæ gratiæ, | ora. | |
| Mater purissima, | ora. | |
| Mater Castissima, | .. ora. | |
| Mater inuiolata, | ora. | |
| Mater intemerata, | ora. | |
| Mater amabilis, | ora. | |
| Mater admirabilis, | .. ora. | |
| Mater Creatoris, | ora. | |
| Mater Saluatoris, | ora. | |
| Virgo prudentissima, | ora. | |
| Virgo Veneranda, | ora. | |

Virgo

V irgo Prædicanda,	ora.
V irgo potens,	ora.
V irgo clemens',	ora.
V irgo fidelis,	ora.
S peculum iustitiae,	ora.
S edes sapientiae,	ora.
C ausa nostræ lætitiae,	ora.
V as spirituale,	ora.
V as honorabile,	ora.
V as insigne deuotionis,	ora.
R osa mystica,	ora.
T urris Dauidica,	ora.
T urris Eburnea,	ora.
D omus Aurea,	ora.
F œderis Archa,	ora.
I anua Cœli,	ora.
S tella matutina,	ora.
S alus infirmorum,	ora.
R efugium peccatorum,	ora.
C onsolatrix afflictorum,	ora.
A uxilium Christianorum,	ora.
R egina Angelorum,	ora.
R egina Patriarcharum,	ora.
R egina Prophetarum,	ora.
R egina Angelorum,	ora.
R egina Martyrum,	ora.

Regina Confessorum , ora.
Regina Virginum , ora.
Regina Sanctorum omnium , ora.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, Parce
nobis Domine.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, Exaudi
di nos Domine.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, Misere
re nobis.

ANTIPHONA.



Gau de virgo mater Christi
 b
 condemnatum quem vidi sti.
 Gb
 Re sur re xit si cut Di xit.

Gau-



Refur-



Re sur re xit sic ut Di xit.



GAude flos o do ris mi ri



quem vi di sti se pe li ri.



Re sur re xit si cut Di xit.



Gaude gaude virgo mater Chri-

fti



Re sur re xit si cut Dixit.



Al leluia. Alleluia. Al lelu ia.

**Gaude & letare virgo Maria, Al
leluia.** **Quia surrexit Dominus ve
re. Alleluia.** **Oremus.**

Deus , qui per Resurrectionem Filij tui
Dominii nostri Iesu Christi mundum le
tificare dignatus es: praesta quæsumus : ut per
eius genitricem virginem Mariam perpetuae
capiamus gaudia vitæ .

Pro

Pro summo Pontifice. Oratio.

Deuſ omnium fidelium Pastor, & rector,
ſamulum tuum N. quem Paſtorem Ec-
clieſiae tuæ präeffe voluisti propitius respice;
da ei quæſumus, verbo, & exemplo, quibus
präeft proficere, vt ad vitam vna cum grege
ſibi credito perueniat ſempiternam.

Pro Imperatore. Oratio.

Deuſ regnorum omnium, & Christiani
maximè Protector Imperij; da feruo
tuo Imperatori noltro N. triumphum virtu-
tis tuæ ſcienter excolere, vt qui tua institutio-
ne eft Princeps, tuo ſit ſemper munere potēs.

Pro Regibus nostris. Oratio.

Quæſumus omnipotens Deus, vt famuli
tui N. Reges nostri, qui tua misera-
tione fuſcepereūt Regnorū gubernacula, virtu-
tum etiam omnium percipient incrementa,
quibus decenter ornatī, & vitiorum monitra
deuitare, & ad te, qui via, veritas, & vita es,
gloriosi valeant peruenire.

Pro unione Christianorum Principum.

Oratio.

Deuſ qui errata corrigis: & dispersa con-
gregas, & congregata conſerwas: quæſu-
mus ſuper Reges, & Principes Christianos

tuæ

tuæ vnionis gratiam clementer infundas, vt di-
uisione reiecta: vero Pastori Ecclesiæ tuæ se v-
nientes tibi dignè valeant famulari.

Pro recuperatione Terræ Sanctæ. Oratio.

Deus, qui admirabili prouidentia tua cū-
cta disponis, te suppliciter exoramus vt
hanc terram quam vnigenitus tuus proprio
sanguine consecrauit: de manibus inimico-
rum cunctis eripias: & eam in Christiana Re-
ligione tuo nomini seruire concedas.

Pro Familia Terræ Sanctæ. Oratio.

Defende quæsumus Domine Beata Ma-
ria semper virgine intercedente istam
ab omni aduersitate Familiam, & toto corde
tibi prostratam: ab hostium propitius tuere
clementer infidijs.

Pro Nauigantibus. Oratio.

Deus, qui transtulisti Patres nostros per
Mare rubrum: & transuexisti eos per
aquam nimiam, laudem tui nominis decan-
tantes te suppliciter deprecamur, vt in Nau-
famulos tuos repulsi aduersitatibus, portu
semper optabili, cursuq; tranquillo tuearis.

Pro Peregrinis. Oratio.

Adsto, quæsumus Domine supplicatio-
nibus nostris: & viam Famulorum tuo-

rum in salutis tuæ prosperitate dispone vt inter omnes viæ, & vitæ huius varietates tuo semper protegantur auxilio.

COMMVNIS ORATIO.

Domine Iesu Christe largitor gratiæ & amator charitatis, qui nos orare docuisti ad te nunc clamantes exaudi: & intercedente gloriofa Virgine Maria Matre tua cum Beatis Apostolis tuis Petro & Paulo atque Beato Francisco, & omnibus Sanctis Cardinalem nostri Seraphici Ordinis Protectorem: Ierosolymitanæ Ecclesiæ Patriarcham, Prælatos omnes; & Principes, Religionis nostræ Generalem, Sacri Montis Siō Guardianum, & cunctum populum Christianum ab omni aduersitate cuitodi: Loca Sancta nostra, nos famulos tuos: confanguineos: ac benefactores nostros, in omni sanctitate conserua: omnesque peccatores à vitijs purga, virtutibus illuftra, pacem, & salutem eis tribue, hostes verò visibiles atque inuisibiles, à nobis remoue, carnalia desideria repelle: Aërem salubrem, atque fertilem præsta, amicis, & inimicis nostris cha-

rita-

ritatem largire , atque ciuitatem istam sanctam ad cultum Christianum conuerte , & nos ab omni peste , fame , & feritate inimicorum illæsos conserua , & omnibus Fidelibus viuis atque defunctis in terra viuentium : vitam , & Requiem æternam concede: & benedictio tua sit super nos semper: Qui viuis & regnas in sæcula sæculorum . Amen.

F I N I S.

Terræ Sanctæ Indulgentias, à Summis Pontificibus olim Sancte concessas: & à Diuersis in varijs suis Codicibus, ac Exemplaribus pluries impreſſas; præſertim autem Venetijs Anno Domini 1616. in Reductorio Ierosolymitano à Fratre Ioseph de Brunis collecto, & apud Ioannem Baptiſtam Bonfad. de Superiorum Licentia typis excuso: *Plenarium* ut potè, ac *Remiſſionem à pœna, & culpa* in Sacratissimo Caluariæ Monte, in loco ſcilicet vbi Christus expirauit: & ad Gloriosissimum eiusdem Resurgentis Sepulchrum. *Plenarium*: ad Columnam flagellationis Christi, in Crucifixionis, Vnctionis, ac Sanctissimæ Crucis inuentionis locis; nec non ad Sanctæ Helenæ Capellam. *Septem Annorum, totidemq; quadragenerum*; ad Diuisionis veltimentorum Christi locum: ad Columnam improprietorum; Christi carcerem: & vbi apparuit Maria Magdalena in hortulanii habitu; in hoc Exemplari noſtro, ad meliorem formam redacto: ſuis locis aſſignare, easque recudi minimè curauimus; eò quod non duntaxat Illæ, omnibus paſſim luce meridiana innotescant clariores: ſed & maiores eſe, pia mente credantur; cum ibidem Humani Generis ſalutem Christus Dominus operari dignatus fit.

